



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XXV. Quod ordines gratiose concedantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

^{ANNO CHRISTI 1473.} ditionis existat, iustitiarius, rector ciuitatis, vel
communitas, seu curam gubernationis exercens,
vel quiuis clericus expellat vel banniat clericos su-
pradicatos, vel venientibus aditum liberum dene-
get, quo minus in suis ecclesiis possint deseruire.
Si vero contra prædicta vel eorum aliquod atten-
tatum fuerit, propter expellentium, bannientium,
vel eam admittentium culpam, ciuitas vel villa,
in qua contra factum fuerit, ipso facto sit interdi-
cta; & tamdiu in ea interdictum seruetur, donec
expulsus vel bannitus fuerit restitutus, & veniens
admissus, & de iniuria & damnis læso plene fuerit
satisfactum.

XXV.

Ordinum collatio gratiouse a sanctis episcopis
est concedenda, cum præcipue ordo sit sacra-
mentum spirituale. Præcipimus igitur vniuersis episco-
pis nostræ prouinciæ, vt pro conferendis ordini-
bus quibuscumque nihil penitus ante vel post, seu
cum iidem ordines celebrant, exigant seu reci-
piant, nec ianitores, barbitonfores & alios offi-
ciales quidquam exigere seu leuare permittant,
etiam pro sigillo & cera, sed gratis & liberaliter
impendant. Notarii vero pro literis ordinum &
reuerendis decem dumtaxat marabetinos recipere
debeant; & si contra fecerint, quod receperint,
duplicatum restituant sequenti Concilio applican-
dum.

XXVI.

Ad tollendas ambiguitates, sacro approbante
Concilio declaramus, pœnas contra beneficiatos
indictas locum sibi etiam vindicare in obtinenti-

Concil. Tom. 34.

H ij